

ditis & æmulamini, nec potestis adipisci quicquam, pugnatis & belligeratis, & verò nihil habetis, quia non petitis: petitis etiam, sed nihil accipitis, eò quòd malè petitis, nimirum ut omnia in voluptatibus vestris consumatis. *Paulus post*, Subditi ergo estote Deo, resistite autem Diabolo, & fugiet à vobis, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis, Emundate manus, o peccatores, & purificate corda vos, qui estis duplii & versipelli ingenio. *Omnino credendum est Iacobum Apostolum ex prophetá Chaggao hæc ipsa hauisse*, apud quem Dominus exercituum soli neglect & à Iudeis reversis pietati imputat, quòd grandem quidem frumenti acervum in agrum exportent, sed parvum ex eo in horrea manipulum reportent, quòd si fruisci illo desiderent, nec famem edendo, nec sitim bibendo restingvant, quòd parum lanae habentes ob paucitatem ovium, quibus non sit sufficiens pabulum, indui non possint, ut sit ipsi calor, quòd si qui operæ non parcant, atq; ex negotiatione lucrum aut ex labore premium congerere velint, spe omnium laborum frustrentur, cùm omnes numeros pertuso indant loculo, ut dicto: citius omnes opes partæ dilabantur, *Welcher Geld verdient/ der leget es in einen lôcherichen Beutel/ ob er es schan heim bringet/ se zerstâubet es doch Gott der Herr.* Ex quibus videmus absq; pietate hominem nihil luxuriari, etiam si lacretur, detrimentum facere, etiam si emolumentum raccipiat. Non enim serio Deum colit, non in Spiritu & veritate eum adorat & invocat, nec manda-za divina custodit, nec hypocrisie expellit, timorem humanum non excusat, actiones & consilia iuxta verbum Dei non instituit, peccatum non fugit, sed expedit, pani-tentiam nullam agit, crucem gravatè suscipit, nec proximo benefacit, nec superiores honorat, nec mundanam latitiam temperat, uti hæc ipsa vere pietatis esse requiri adducit in libro tertio Schola. Pietatis meritissimus de nobis Praeceptor Beatus Johannes Gerhardi. Quicunq; verò ad divinum mandatum verbum dicit & nocte meditatur, ad divinum beneplacitum securitatem evitat, iuxta amoris divini encomium ardenter orat, ille verè pius est, illi omnia Deus vult successa, ut maneat & consistat in iudicio; tandemq; fruatur aeterno gaudio. *Hoc voluit laudatissimus Inpe- rator Theodosius, idò ad Honorium suum, interprete Claudiano,*

*Sic pius in primis, nam cùm vincamur in omni munere, sola Deos aquat clementia nobis:*

*(quamquam Caspar Barthius hunc sensum solicitet dubitans de pietatē erga Deos, an de Clementiā erga subditos sit sermo, ac in posterius inclinet potius: sed tamen ista pietas, quam heic clementiam ille vult politicam, omnino ex vero Dei timore & cultu promanas, extra Deum enim ut dōpæ sunt ad dōpæ, ita etiam inclemens clemen-*